

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio XXXVIII. Episcopus quando ex sola assistentiâ juris debeat
manuteneri in jure visitandi loca nullius diœcesis intra suam diœcesum
existentia, & ad quem Episcopum spectet visitatio locorum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO XXXVIII.

Episcopus quando ex sola assistentiâ juris debeat manuteneri in jure visitandi loca nullius diœcesis intra suam diœcesim existentia, & ad quem Episcopum spectet visitatio locorum nullius diœcesis.

R.P.D. COCCINO.

*Deciso sol.
par. 2. recens.*

Brixinen. Jurisdictionis.

Veneris 20. Decembris 1613.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus habet fundatam intentionem super jurisdictione omnium locorum existentiam intra suos fines, et que debetur manutentio.
- 2 Possesso Prelati antecessoris iuvat successorum.
- 3 Quasi possessio visitandi unum membrum Abbatia operatur possessionem
- 4 quoad totam Abbatiam, Manutentio non datur ex sola intentione juris, quando illa est efficiata.
- 5 Visitatio locorum nullius diœcesis. Et at vigore Concilii Tridentini ad Episcopum Vicinorem, quando loco est extra fines cuiuscunq[ue] diœcusi dicuntur.

Cum Abbatia, de qua agitur, sit intra fines diœceti Theatinæ, juxta resolutiones factas, dubitari non potest, quin Reverendiss. Dom. Archiepiscopus Theatinus habeat intentionem fundatam, nedium ex dispositione juris communis, cap. *cum venerabilis, & capit. de Xenodochiis, de Relig. domib. cum aliis per Veral. de 306. lib. 1. sed etiam ex dispositione sacraj. et. Concil. Trid. sess. 7. & 8. de reform. & sess. 21, & 8. pariter reform. etiā quod esset nullius, ut in predicto Cone. sess. 24. c. 9. eod. iir. uinfra discussus.*

dicitur. Unde ex istâ assistentia juris, cùm agatur de visitatione, non potest dene-
gari manutentio d. Reverendissimo D. Archi-Episcopo ad effectum, ut possit vi-
tare hujusmodi Abbatiam, ut in cap. cum persona de privil. in 6.

Et cessa omnis difficultas ex actuali possessione, quæ licet sit antecessorum mo-
dum Archi-Episcopi, tamen etiam ei usfragatur, cùm notissimum sit, quod posses-
sio Prælati antecessoris juvat successorem. Rot. dec. 1. dñeſit. spoliat. in nov. Guid.
pp. dec. 629. ac fuit in puncto resolutum in causâ Montis Regalis juris dictionis 6. A-
pril 1601. coram me. quapropter intrat etiam alia conclusio, quod possessor de
tempore litis morte datur manutentio §. hodie inst. de interd.

Non obstat, quod non doceatur de possessione visitandi omnia membra Ab-
batis. Nam hoc non refert. Tum quia sufficit Reverendiss. Theatino assistentia
juris communis ad hunc effectum, ut supra dictum est, unde etiam, quia prædicta
visitatione operatur, quod ex possessione visitandi ex una parte fuerit acquisita posses-
sio quoad totam Abbatiam, cùm magis attendatur causa actus, quam exercitium.
Bald. in leg. I. num. 24. verf. in. dic. C. de mancipat. liber.

Non obstat, quod assistentia juris communis non operatur, quando est offuscata
ex possessione alterius partis, ex deducere in causâ Montis Regalis jurisdictionis Coram
bon. mem. Penia. Ultrâ quod adest in casu isto actualis possesso Reverendissimi D.
Theatini, super quâ coram diversis Judicibus obtinuit manutentionem. Possessio
Reverendissimi Lancianen. non est habenda in consideratione, quia licet anterior,
tamen fuit clandestina, & turbariva reclamante Abbare, & sine scientiâ & patien-
tiâ Reverendissimi Theatini, quæ requirebatur ad acquirendam possessionem in i-
plus præjudicium in istis incorporealibus. Pui. dec. 269. num 3. lib. 1. secundum
mendatam impressionem.

Neque obstat quod Abbatia sit nullius Diœcesis, & idè jus visitandi spectat ad
Reverendissimum Lancianen. tanquam viciniorum ex dispositione sac. Concilii Trid.
iss. 2.4. cap. 9. de reform. Nam huic motivo responderetur, quicquid dicendum sit, an
Abbatia sit nullius; quod aut est attendenda quasi possesso Reverendissimi Theati-
ni, & cessa omnis difficultas, quia istud objectum respicit petitorum? aut est atten-
denda assistentia juris communis, & pariter istud objectum non sufficit. Nam Con-
cilium disponit, quod vicinior visitet loca nullius Diœcesis, si vero locus nullius sit
in alia Diœcesi. Congregatio Illustrissimorum Interpretum censuit visitationem
spectare ad ordinarium in cuius Diœcesi est locus nullius, & ita interpretata fuit
Concil. Trident. ut in copia declarationis. Ex quibus tam ex assistentiâ juris com-
munis, quam ex quasi possessione resolutum fuit, Reverendissimo Archi-Episcopo
Theatino non esse denegandam manutentionem.

DECI-

Z

DECISIO XXXIX.

Episcopus manutendus est, interim dum cognoscitur
an Prælatus inferior habeat, nec ne, jurisdictionem
omnimodam spiritualem & temporalem in suos.

R.P.D. COCCINO.

*Est in ser.
recent.
decs. 320.
par. 4.
Tom. 2.*

Theatina jurisdictionis S. Joannis in Venere

Luna 5. Julii 1621.

SUMMARIUM.

- 1 Ordinarius multò magis venit manutenendus in quasi possessione exercenda jurisdictionem, quando cum afflentia juris concurrunt actualis possessio.
- 2 Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 20. de reform. non habet locum in Ecclesiis contra Abbates, habentes in suis plenam jurisdictionem.
- 3 Deciso in causa Salmantinæ jurisdictionis. 1. Julii 1565. coram Ioanne Al dobrandi, quo causa loquatur.
- 4 Abbas dum cognoscitur, an habeant plenariam jurisdictionem in iuri, interim Episcopus est manutendus sua jurisdictione, & num. 5.
- 5 Abbas an habeant plenariam jurisdictionem spiritualem & temporalem suos, id respici petitorum, & id non canonizatur per tres annos, ordinarius est semper manutendus in sua jurisdictione.
- 6 Abbatis quando non possit dicari in Diaconi.
- 7 Abbatis quando non possit dicari in Diaconi.

Rota censuit mandatum de manutendo concessum Reverendiss. Archi-Episcopo Theatino non esse revocandum, cum justificetur nedium ex afflictione iuris, quam haber, verum etiam ex actuali possessione, ut fuit resolutum 20. Decembris 1613. coram me, quæ est decr. 501. par. 2. in recent. & rursum 14. Maii Anni sequentis.

Neque obstat quod Concilium Trident. sess. 24. cap. 20. in §. ad bac, de reform. non habeat locum in Ecclesiis contra Abbates, habentes in suis plenam jurisdictionem,